



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXXVIII. Friedrich, Bischof von Verden, verträgt die Pröpste zu Diesdorf und Döhre wegen des Patronats der Capelle zu Ellenberg, am 8. Juni 1306.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

in suum Collegium corporaliter receperunt, affectuosius ponderans, cupiensque ipsarum officio graciofo
gracioso respondere, decimam majorem ac minutam in campo et in villa que dicitur Dhufeschen
Dulllege, provt et in quantum fratribus et michi ibidem hactenus competebat, eidem monasterio
libere confero, proprietatis titulo possidendam, eorundem fratrum meorum consensu in presenti li-
berius accedente. In cuius evidenciam in futurum sigillum meum et fratrum meorum domini Si-
fridi et domini Conradi necnon et consanguineorum meorum de sculenborch, presentibus
sunt appensa. Datum Anno domini Millefimo trecentesimo sexto, in die, vrbani Martiris in walfstawe.

XXXVIII. Friedrich, Bischof von Verden, verträgt die Pröpste zu Diesdorf und Döhre wegen
des Patronats der Capelle zu Ellenberg, am 8. Juni 1306.

Nos Fredericus, dei gracia verdenfis Ecclesie Episcopus, disensionem super iure
patronatus Capelle in Ellenberge, inter venerabiles viros de disthorpe et dore prepositos ha-
bitam, per amicabilem compositionem sedauimus hoc modo, quod hermannus, prepositus de dore,
dictam capellam a preposito in disthorpe teneat, sed eo cedente vel decedente, prepositus in di-
sthorpe, qui fuerit pro tempore, personam presentandi pro sua voluntate ydoneam, ad memoratam
Capellam liberam habeat facultatem, Jure preposito de dore sepedicto in suo robore firmiter per-
manente. Datum verde, Anno domini M^o. CCC^o. Sexto, Sexto ydus Junii.

XXXIX. Henning und Erich Crucemann verkaufen vier Wispel Kornrente aus Ellenberg
an das Kloster Diesdorf, am 19. Juni 1306.

Nos Hennigus et Ericus dicti cruceman, in noticiam vniuerforum christi
fidelium, ad quos presens scriptum peruenit, volumus deu(en)ire, nos libero cum (con)filio et de-
liberatione bona prehabita vendidisse domino Aluerico preposito venerabilis Monasterii et conuen-
tus sanctimonialium in Distorp ad vsu(e) eiusdem ecclesie et conuentus quatuor choros Siliginis
in annuis redditibus in villa Ellenberghe fitos cum omni iure et pro(prietate) precaria
et sine angaria cuiuslibet impetitionis, aduocacia solummodo excepta, perpetuo libere possidendos.
Hui(us rei testes) sunt Dominus Hennigus de Chartowe et dominus bernardus de schu-
lenborch, milites, Otto de danneberghe, Bodo de we et heynricus filius
domini henningi predicti militis de Chartowe, famuli, et alii quam plures fide digni etc. —
Datum et actum saltwedel, anno domini M^o. CCC^o. VI^o. in die Geruasii et prothasii.

Das Original ist sehr beschädigt und die Abschrift daher nicht vollständig.